

26. Revelationes extraordinariæ veræ a falsis difficulter distinguuntur. th. LXIII. Itaque ne fidamus cuivis spiritui: neque intemperantius desideremus apparitiones; contenti lege & testimonio.

27. Fideles moribundos recreat Deus prægustu beatitudinis. th. ead. Tanto minus amarum sit mori; quando Dominum tam bonum habemus.

28. Interim dum dissolvi cupimus & esse cum Christo, non tamen grave sit expectare, donec hora Domini venerit. Et sit in silentio ac spe fortitudo nostra.

29. Gaudium spirituale, quod ab anima se in corpus diffundit, nonnunquam per actus externos decenter apparet. th. LXVII. Unde docemur, Christianos recte se distinguere ab hypocritis *συθροποις*. Matth. VI, 18.

30. Finis ultimus collati a Deo prægustus beatitudinis est gloria Dei. th. LXVIII. Sit eadem ultimus omnium actionum nostrarum.

